



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

De te[m]pore subuersionis Hierusale[m]. Cap. VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

RERVM MEMO. LIB. III.

quibusq; iuuenibus electis, qui propter decorem cor
poris & proceritatē ad triumphū reseruantur, cāte-
risq; alijs qui ad opera Aegypti, vel ad secanda mar-
mora, vel ad extrahenda metalla destinantur, vel per
puincias vinēti in seruitutē distrahitur, quoꝝ fit nu-
merus vſq; ad nonaginta milia. Sed ne quis de hac ca-
ptor; vel occisorū ambigat multitudine, nouerit tūc
tēporis ad diem festū Paschæ Hierosolymis cōuenis-
se ter decies centena milia Iudæor; ad iustum dei retrī-
butionem hoc tempore vltionis electo: vt qui in die-
bus Paschæ dominum saluatorem morte turpissima
damnarunt, ipsi quoꝝ turpissimis mortibus & cladi-
bus inauditis eisdem diebus damnarētur. HAYMO:
Et qui in eius damnatione dies festos duxerunt solē-
nes, nunc ipsos suis damnationibus agerent luctuo-
sos. Qui etiam recte fame percūt, vt qui domino esu-
rienti salutem eorum, fel in escam dabant, omnimo-
da suauitate escarum priuarentur.

DE TEMPORE SVBVERSIO nis Hierusalem. Cap. VIII.

Fit autē hæc Hierosolymæ subuersio xl. annis a
passione dñi dilata vltione, anno imperij Ve-
spasiani secūdo, vt interim potuissent Iudæi, si
vellent locū pœnitētię inuenisse, commoniti sāpe ab
apostolis, prædictā ciuitatis adesse euerisionē, & à Ia-
cobō fratre domini edocti dum viueret, p signa & , p
digia cœlitus ostēsa, ante tēpus excidijs cōmonebātur.
Eterñ stella præfulgens, gladio per omnia similis im-
minere desuper ciuitati, & Cometes præterea exitia-
libus flammis per totum ardere visus est annum.